



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Marcellinvs Presbyter Gandaui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

MARCELLINVS PRESBYTER
Gandau.

EGINHARTVS Caroli Magni Cancellarius post Ludo-^{2. Iunij.}
 Euico Pio eius filio admodum familiaris anno 826. fit
 Abbas xv. Bauonici siue Gandensis Coenobij; habuit is
 notarium Ratcleicum nomine quem ad conquireendas
 Sanctorum reliquias Romam misit. Is varijs locis pie
 lustratus tandem diuino fretus auxilio in crypta Basilicæ
 S. Tuburtij Martyris, quæ est via Lauicana tertio ab urbe
 lapide corpora SS. Marcellini & Petri Martyrum reperit
 atque in Gallias transtulit. Ita msc. Chronicon Ganden-
 se. Eas itaque reliquias in Galliam Belgicam atlatas idem
 Eginhartus partim in Gandauensi S. Bauonis Monas-
 terio. Partim in Hanoniensi Benedictinorum apud
 Hannones Coenobio collocauit. Vide Miræum 2. Iunij;

B. MARIÆ VIRGINIS

MEMORIA

In Monte Blandinio.

ECclesia Paroecialis est in Monte Blandinio sita &
 Abbatiae Blandiniensi vicina, ac D. Virginis sacra
 olim iuxta, ut omnis ille tractus, nunc urbi inclusa, mi-
 raculis etiam in hodiernum usque diem clara. In illa
 quotannis Dominicâ festum Assumptionis sequente so-
 lemnis ad honorem eiusdem Virginis peragitur suppli-
 catio ad quam populi Gandauenfis concursus frequens.
 est, cum nouendiali obseruantia & deuotione. Sunt &
 alia